

stituerunt numerum, qui decem dicitur, namq; ex manibus denarius digitorum numerus, ex digitis uero palmus, & ab palmo pes est inuentus. Sicut autem in utrisq; palmis ex articulis ab natura decem sunt perfecti, ita etiam Platoni placuit esse eum numerum ea re perfectum, q̄ ex singularibus rebus, quæ ῥόναδες apud græcos dicuntur, per fititur decussis, quæ simulac undecim aut duodecim sunt factæ, q̄ superauerint, non possunt esse perfectæ, donec ad alterum decussum peruenerint. Singulares enim res particulæ sunt eius numeri, Mathematici uero contra disputantes ea re perfectum esse dixerunt numerum, qui sex dicitur, q̄ is numerus habet partitiones eorum rationibus sex numero conuenientes, sic sextantē unū, trientem duo, semissem tria, bessem, quem δῖμοιροῦ dicunt, quatuor, quintarium, quem τῶεντῶμοιροῦ dicunt, quinq; perfectum sex, Cum ad supputationem crescat, supra sex adiecto asse δῖφῖντοῦ, cum facta sunt octo, quod est tertia adiecta, tertiarium, qui δῖῖςτοῦ dicitur, dimidia adiecta cum facta sunt nouem, sesquialterum qui δῖμῖολιοῦ appellatur, duabus partibus additis & decussi facto, besalterū, quem δῖδῖμοιροῦ uocant, in undecim numero q̄ adiecti sunt quinq; quintarium, quod δῖτῶεντῶμοιροῦ, Duodecim autem q̄ ex duobus simplicibus numeris est effectus δῖτῶλασῖῶνα. Non minus etiam q̄ pes hominis altitudinis sextā habet partem, ita etiā ex eo quod per fititur pedum numero, corpus his sex altitudinis terminando eum perfectum constituerūt, quibuscq; animaduertent ex sex palmis constare di-

*Inqui Josephus*